Se huius omnes toto celo aberrant, dum de infirmitate vel morbo interpretantur, quod evidenter dicitur de morte. Nam id quod vocatur *primogenitus mortis* aliud quām mors esse non potest; quod optimè capiens noster interpres doctissimè verit: *Primogenita mors,* quasi mors in sue generi sit velut parvus multarum mortium, inter quas est una primogenita. Vel melius: Mors in suo genere erit velut dum vel rex, qui multas mortes habeat sibi subditas, quarum una in illo genere alteram dignitatem et excellētiā, hoc est, crudelitatem et immanitatem superabit. Solem enim Scriptura ob maxima primogenitorum pro aliis filiis privilegia, eminentias ac dignitatis, vocare *primogenitum* quidquid in sue generi cateris antecellit, quoniam Christus ab Apostolo vocatur: *Primogenitus omnis creatura, non quidem in sensu Acri, quasi sit creatura prima inter creature, sed quid sit principes et principium omnis creatura, unde statim addit: Quoniam in ipso condita sunt universa.* Similiter idem Christus dicitur *primogenitus ex mortuis*, Apoc. 1, 5, et *primogenitus mortuorum*, Rom. 8, 29; item *primogenitus in multis fratribus;* et de illo in Psalmis dicitur: *Ego primogenitus ponam illum*, Psal. 88, 28; et quasi per interpretationem adjungit: *Exceltam præ regibus terra.* Item Apostolus vocat Ecclesiam triumphantem: *Ecclesiam primitivarum, iuxta Graecum, primogenitum*, Heb. 12, 23. Sic Isaías pauperes, qui alios egestate superbant, vocavit *primogenitos pauperum*, cap. 14, 50. In hoc igitur sensu Baldad nunc eleganter admodum vocat *primogenitum mortem*, qui inter alias mortes terribiles sit precipua; atque hujusmodi mortem devoraturam non solum pulchritudinem cutis exterioris impīi, sed et fulera et sustentacula, quibus totum corpus ejus innititur, neque omnem carnem ejus, donec cutis non aliud habeat fundamentum quām ossa, que fame consumi non possunt.

Restat nunc videndum quenam sit illa mors, que inter ceteras *primogenita* sibi nomen vindicat. Tot enim videntur esse mortes diverse quod infirmitates et morbi, quibus vita humana quotidie succiditur, inquit quod pericula, accidentia et eventus, quibus passim mortales perire videmus; quorum quidam agis suffocantur, alii igne cremenantur, alii gladio perimuntur, alii veneno extinguntur, alii supplicio. Unde Apostolus diversa sua pericula vocat mortes, 2 Cor. 11, 25: *In mortibus frequenter.* Et dubio procul illa primogenita mors est fames, que non est infirmitas vel morbus, sed continua mors, quā non datur amarior, crudelior, horribilior, nec miserabilior, cuius typum et effigiem videre est apud Josephum, lib. 7 de Bello Iudeico, cap. 8. Miserrimum sane mortis genus est fame mori, ut canit Homerus, *Odyssæa.*

(Illyricus: μὴ συρρέει δύσκολα δύσκολα βρεσταν·
Αὐτῷ δὲ οἰκεῖος λεία καὶ πόνος ἐπιτηδεῖ·
Dura quidem miseris mors est mortalibus omnis
At perisse fame res uia miserrima longè est.
Atrocissimum igitur vindictam proponit famem; sic enim eam appellat S. Chrysostomus in cap. 5 Isaiae.

Nam cùm necessitas grave malum sit, unde in Proverbium abiit, *necessitatem non habere legem;* ideoque Valerius Max, eam vocavit *abominandam*, ut cuius sint leges crudelissima imperia; quapropter ab Horatio lib. 1, *Carmen seva necessitas appellatur.* Inter omnes autem necessitates que hominibus contingere possunt, nulla major quām fames; hanc vice humana nequeunt illo modo superare, sed nec ferre. Grave malum hoc *urbium regionumque gravissimum morbum* dixit Philo Hebreus libro de Joseph: *Constituerat, inquit, Jacob, post extinctum, ut putabat, Joseph, filium suum Benjamin, quem è charissima sibi Rachele susulerat, domi apud se retinere, neque cum reliquo filiis in *Ægyptum* mittere frumentatum; at constantem et tenacem propositi virum fregit fames, et dilectissimum extortis filium, dum extrema torque esuris.*

Famen adeò responsare nil contra datur, sicut dixit comicus Graecus Menander. Sensit itaque durum famis imperium senex Jacob, et hanc ab illo vocem expressit, Gen. 41, 11: *Si sic necesse est, facite quod vultis.* Ideoque S. Basilus Homiliā in divites avares post medium ait: *Quid fames non cogit? Nature leges sepiè pervertere ac transgredivit multis suadet, et hominum corporibus vel propinquorum vesci; matrem quem peperit natum, impinguit in ventrum male recondere, etc.* Dixerat autem paulo ante ibidem S. Basilus: *Humanarum calamitatum caput est fames, cuiusvis mortis generi diuiriōne afferenſis finem.* In aliis namque periculis vel ensis cuspidi citò interit, vel ignis impetus breviter vitam extinguit, aut ferarum dentibus membra statim discepta intercutent, que quidem dolore morienti minimè protrahunt; at famis diuturnum malum oculis torquet, lentius tacefacit, sensim occidit, etc. Ubi S. Basilus ostendit, quomodo sensim occidat famas, ut diuturnam inferat necem, et lentam mortem inducat. Non mirum proinde si Jacob fame pressus filium Benjamin cum aliis in *Ægyptum* abiit permisit, quando fames parentes aliqui adgit filios pro alimentis sumant, et pro alimentis vendant; quod eleganter prossequitur S. Basilus, orat, 15 de avaritia post medium, ubi describens famelicum patrem, victimum undique sibi parare volentem, ait: *Quid tum miser facit? Ad filios oculos suis converit, et eos proscrivebat, cogitat, ut ex ea venditione aliquod remedium, ad mortem suam propulsandam capere possit. Vellim hic tecum cogites pugnam famis urgentis et paterni amoris; illa quidem ei miserrimam mortem minatur, si filios non proscrivebit; ac natura hominem retrahit, suadetque ut potius cum suis mortem optpet quālibet suos vendat; ac tandem sep̄ incutatis sep̄ retractus manus dat, ab incredibili egestate victus.* Et quenam consilia mente agitat pater? Illa nimis animo volvit suo: *Quemnam horum priūm vendam?* Sic illi proponit famis sevitiam et desperationem, que oblitera paternæ charitatis in prolem ipsam crudelis deservat.

Similia sunt quæ habet S. Hieronymus ad illa verba Amos: *Ecce dies veniunt, et mittam famem in terram;* *et Vetus, inquit, narrat Historia tam Latina quam Graeca, et omnium gentium barbararum, nihil fame durus, qua sapientis compellit obsessos humani vesici carnibus, et in suam savire naturam, ita ut nee parentes parvuli parcant liberis, et maritales affectus dulius amate uxoris membra dilaceret.* Sic ille. Quā de re vidētus Dionysius Halicarnassus lib. 1, et Zonaras, tom. 1 Annalium, Plutarclus in Sylla, ubi incredibilis ferè narrant, quae homines praे fame facere et edere compulsi sunt, ideoque merito Virgilii, lib. 6 *Ænclidos*, famem appellat *malesuadam;* ea namque suadet facere et comedere que mortem ipsam videntur inducere, dum vita prospicit. Unde Valentianus imperator cap. in Valentianis Novellis, tit. 2, de parentum bonis quae filii distractiverunt, ait: *Nihil surpe, nihil vetitum esuris credit; sola cura est, ut qualcumque sorte juvetur.* Suffragator Hegesippus lib. 3 de Excidio Jerosolymitano, cap. 18, cum ait: *Omnen affectum excludit famæ, sed maximè verecundiam, etc., ut scilicet non pudent parentes ad viscera reducere quos visceribus portaverint, et in alimentum sumere quos proprio sanguine alercent; nec erubescant ea immunda edere, quæ et conspicere horror erat.* Denique ubi pudor exiuit præ esurie, nihil abominabile pro victu rejicitur. Ille fortassis erit ratio cur famæ canina datur. Est siquidem canis impudentissimum animal, ex censurā etiam sacre Scriptura, Isaiae 56, 5: *Canes impudentissimi nescierunt satiavitatem.* Quā etiam ratione quosdam philosophos cynicos, id est, caninos, dixerant veteres, ob miram illorum libertatem et impudentiam, ut tradit S. Augustinus lib. de Nuptiis et Concupiscentiis, cū illorum philosophorum impudentiam carpit. Fames igitur ab aliquibus idē canina dicitur, quia pudorem admittit, frontem præficit, dum ventrem corrodit, et ad quoddam quantumvis horrendum et abominabile adgit et impellit. Et cū ceteri dolores temporis diuturnitate mitigentur et minuantur, crescit poena famis tempore ipso, donec famem absumat. Quem locum pulchre amplificat S. Basilus in Oratione de fame.

Ferunt dixisse Cesarem idem sibi consilium esse adversus hostes, quod plerisque medicis efficacissimum adversus morbos vim est et contemptum, ut scilicet fame potius quām ferro supererunt; quod mulius imperatoribus placuit, exploratissimum inventur, ut quos ferrum non vicit, fames devicerit. Durior utique fames quām ferrum. Sagittaria fames celebrior est quam ut referri debeat. Fames item Melies Gracis scriptoribus nota est, cū de extremā fame deque rebus difficillimi loquuntur. Est enim Melies opidum Thessalie, quod Nicias Atheniensis dux obsedit expugnatrice non tam machinis bellicis quam fame, *Ægyptus* quidem pecuniam omnem exhaustis famis, mox deinde pecunia destituti pecora et armenta frumento commutant; ultimò, cū famis malum non conquiesceret, scipios et terras suas sic urgente ne-

cessitate regi in servitatem deduxit. Et sancte Pharaon atrocem famem regi sui stabilimentum ratus, populum Egypti ante liberum facili sibi asservavit, et hanc ut commodiorem, ita etiam factorem occasionem esse censuit, quam si bellum vi sibi subigere tentasset. Est siquidem durior et dirior famis vis quam ferri. Unde Saturio illi apud Plautum in Persa: *Me quoque vendas licet, dum saturum vendas; famam chame emit, vinceat ac superat quos cogit.*

Hanc alter Deus, quis vincere ac sibi suisque legibus subdere intendit, et omnipotenter suis deditos reddere, fame premunt, et ponendis tradit egostati, ferro quidem, id est, gravibus aliis suppliciis parens. Quia similindine uitio S. Basilius Hom.: *Quod Deus non sit auctor malorum; sed inclemensissime hoc argumentum prosequitur in cap. 8 Isae ad illa verba versus 21, qua juxta versionem septuaginta interpretatione sic habet: Et veniet super eos dira famae, et erit, cum esurienti, contristabimini, et maledicet principi et patrie ritibus.* Expendit igitur S. Basilium quomodo Deus hoc famis pharmaco et remedio fecerit evomeru sceleru et peccata, quae impii invicerant ad modum habebant, nec alii adhucis remedii expellere voluerant, utpote quae diuturnitate temporis intime adheserant animo. Ipsu si placet S. Basilium, loco citato lege; ubi lucenter ostendit, quomodo Deus per famem ad se attrahat, quos alii remedii non adduxerat. Est siquidem magna vis famis, miraque modo facit, ut in se revertatur peccator, qui a se exierat. Hoc bene ostendit Chrysologus, serm. 2 in perditu ac fancescito filio, de quo Lucas, cap. 15, 17: *In se reversus ait: Quant mercenarii in domo patris mel abundant pambus, ego autem hic famem pereor!* In se reversus est, inquit ille, in se redit, qui a se cante recesserat, cum recessit a patre. A se migrat, et ab homine totus transit in bestiam, paterna pietatis immemor, gracie genitoris oblitus; fames revoeat quem saturius exulat; fames illi patrem dedit sapere, cui copia abstulerat sentire genitorem, Sic illi.

Tropologicè juxta S. Gregorium, lib. 14 Moralem, cap. 8, primogenita mors ipsa superbia nuncupatur; nam si peccatum mors, inquit, non incongrue primogenita mors superbia valit intelligi, que recte primogenita dicitur, cum prima sit in vita corporis corruptio, ac cadaver efficiat antiquam altera oecidat, cum semel animalia possident, pulchritudinem omnem virtutis in homine deorat, ac brachia illius, huc est, ut interpretetur Gregorius, opera consumit, totum hominem evanescans, et velut mortuum reddens.

Vers. 14. — *AVELLATUR DE TABERNACULO SUO FIDUCIA EIS, ET CALCET SUPER EUM QUASI REX INTERITUS (1).*

(1) Hie locus maxime omnium perspicuum est. Ita redditur Hebreus: *Elevator ex tabernaculo ejus fiducia ejus; deduces illum (a Deo) ad regem terrorum, ad maximum terrorum.* Vel: *Deduces illum ad mortem, que terribilium omnium inter mortales terribilissima est. Septuaginta: Elevator de tabernaculo ejus sanctas, et versetur in extremo periculo causa regali. Accusetur, vel damnatur criminis maiestatis. Accusetur: Rex privet illum rebus suis.* (Calmet.)

Vatablus, Stunica, Joannes à Jesu Maria et alii quidam mentem horum verborum referunt ad dominum, familiam et opes quibus potissimum mittitur impensis; ut pertet ex Oracle illo, Prov. 10, 15: *Substantia divitis aris fortitudinis ejus, q.d.: Opes, in quibus impensis fiduciam collocat, ab ejus adhuc violenter auferantur, et eum iam inopem et arsumos mors ut rex vicer pessumdet.* Qui sensus quidem non malus, magis tamen huic loco proprius videtur si cum Pineda nostro et Baldocio de tabernaculo corporis intelligatur, ita ut Baldacio pergit in describenda imperi dicta primogenita morte, id est, lurdia famae, cum sua edacitate rabida, quae corpus impii paulatim corrodens, consumens et devorans, omnia ejus fulera diruit, demolitus, dejectus, et tandem lujus tabernaculi palum, hoc est, anham ipsam, quia totus illius compages fulciebatur, avellet, et violenter exire cogit, unde totum quoque tabernaculum ruere necesse est. Primum, quia ita intellexisse videtur Septuaginta, dum legunt: *rumpatur autem de tabernaculo ejus sanitas.* Secundo, quia sic exigit nexus cum precedentibus et sequentibus. Tertio, quia passim in Scripturis corpus huminum vocatur tabernaculum, in modo sub illa relatione illud sibi hypothetice unire dignatus est Filius Dei eternus. Nam quod Latinè habemus, Joan. 4, 14: *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis,* Grecè ad Evangelista scriptum est: *Et habitavit in tabernaculo in nobis.* Volum enim sub vili tentorio carnis nostre per hoc mundi desertum peregrinari et nobiscum conversari, ita ut de corpore humano verè dicit possit, Apoc. 21, 5: *Ecce tabernaculum Dèi cum hominibus, et habitabit cum eis.* Quanta vero sit corporis humani cum tentorio vel tabernaculo similitudo, vide fose ac pulchra apud Pineland nostrum ad hunc versus.

Ceterum postquam corpus impii fama miserisque exhaustum contabuerit, interitus quasi rex ferus et vix invadit, ut vitam animamque diripiatur, et inter spolia sua recenteret. Sed quid hoc? a carnifice ad regem non transgreditur, sed carnifici morti potesten dat regiam. Hoc est discernere inter carnificem solum, et solum regem, quid illi iuxta prescriptam sententiam separat animam a corpore, nihilque prorsus agit quid rex non juserit; sed si rex singulat calcare, ut vult, calcat, ut vult, stringit, quantum vult, in calmando moratur, si vult, cadaver membrum secatur. Rex est interitus, calcat ut rex super impios. Hoc nimis est durissimum peccati jugum, et finis iniquitatis. Nullum est mancipium tam gravibus vinculis operatum, tam crudeli sub imperioso et impotenti hero servitute oppressum quam peccator, cui iniugias dominatur. Quod peccati malum cum tam multi quotidiana experientia cognoverint, mirum est, non promptè illi desiderio libertatis a duro et acerbo domino aufferge, ejus ferreum molestumque jugum nemo nisi amens ferre potest. Eò tendebat prius prophete votum, et ad Deum iusa oratio, Psal. 118, 435: *Et non dominus met omnis iniustitia.* Ubi dominari est tyranico more superbè uti potentia et crudelitate ad imperant-

dum pro animi sui libidine et cogendum, quod Septuaginta καταποιεῖν dicunt, id est, predominari. Quo spectat docti Origenis animadversio, qui hanc distinctionem inter καταποιεῖν et καταποιεῖν profert ad peccati dominatus intelligentiam opportunam. Nam peccatum dicitur illi καταποιεῖν, hoc est, dominari, qui tantummodo et cogitatione delinquit; qui vero facto et opere implet cogitationem snam, ei scelus καταποιεῖσθαι, predominatur, id est, violando quodam imperio dominatur. Quod jugum, ut ait Origenes, religiosissimi viri animi David amansque puritatis magno ardore mentis et omni impetu refugiat. S. Paulus regum peccati vocal: Rom. 6, 12, sive tyrannidem, quam cum Juvenali, satyra 8, servam et crudam appellare licet. Olim in Italia post corruptum Latina lingua usum, tyrannum dixerat intartarum; inde intartizare, tyrannidem affectare. Forte à Tartaris dictum nomen, quorum notus ferox animus, et barbaria in agendo crudelitas, Sanè peccato, cum regnare occiperit, nullus Tartarus inhumanus est, nullus tyrannus violentior, nulla belua crudelior. Quod praesertim de eo intelligendum est, quod Aristoteles, lib. 4 Ethicorum, cap. 11, δύσασθαι appellat, videlicet integrum, omnibus suis partibus numerisque perfectum, et quod dicit fieri intolerabile, perdere denique atque perficere.

Postremum hujus versiculi hemisticus in Hebreo sic somat: *Deduct em ad regem terrorum,* id est, ad maximum terrorum, qui inter alios quasi rex est. Sunt qui Satanae denotari putent, qui est rex mortis et interitus, vel certe perditionis, unde ἡ θάνατος Grecè nuncupatur. Alii per regem terrorum mortem ipsam designari censent, cum territorialium omnium terribilissimum habeatur. Septuaginta vertunt: *Teneat autem eum necessitas casus regali;* apud S. Augustinum legitur, *cause regalis;* in Commentariis vero Grecis, *cause regalis;* hoc est, inquit Scholastes, non solum ab inferioribus patitur gravia, sed etiam ab illis qui rerum potinuntur in calamitatibus devolutiver. Aquila reddit quod Scholastes interpretatur: *A rege supervenient et bonorum spoliatio.* Sed ἡ θάνατος propriè est existente carenta, seu annihilatio, composite ex a privativa et θάνατος, id est, substantia, ita ut omniummodum interitus significet, ut si sensus: *Superevit et a rege interitus.* Usus fuit eodem vocabulo Symmachus infra, cap. 27, vers. 20: *Occurrit et sicut aqua interitus.*

Vers. 15. — *HABITENT IN TABERNACULO ILLIUS SOCII EJUS QUI NON EST: ASPERGANTUR IN TABERNACULO EJUS SULPHUR (1).* In originali est: *Habitabit*, scilicet ter-

(1) SOCI EJUS. Mors, vastitas, inanitas, omnium rerum nuditas et egestas. Nam qui illi soci sunt ejus qui non est? cum enim paries paribus socientur, ejus qui non est, socius esse non potest id quod est, quod floret, et quod bene habet.

ASPERGATORI SULPHUR. Haec phrasis vel tantum et steriliter a Deo immisso significat, ut pluit super peccatores laqueos, ignem et sulphur, ut dicitur Psal. 10, 6, vel lacum in morte domesticorum; solebant enim, ut aliquibus placet, sulphureos sulfites sensibus ingratos in morosis argumentum domi exercitare. Vel significat domum primis habitatoribus vacuanam, ab illis qui eam postea incolent sulphureum.

ror, in tentorio ejus; ei quod ipsi sive sit, nempe quia ex alieno construxit illud, aut ex rapto. Septuaginta vertunt: *Habitet in tabernaculo ejus, in nocte ipsius,* quia nox terroribus apta, et symbolum calamitatis ac mortis; *Theodotion, habitabit in tabernaculo ejus interitus.* Vulgatus autem illi socios defuncti tabernaculum occupare et inhabitare, sic appellans vicinos, qui omnium primi cladem impiorum intuentes præstò sunt ad locum derelictum occupandum vel inadvertem. S. Gregorius, lib. 14 Moral., cap. 10, investigat qui sint socii ejus qui non est. Enimvero videtur propositus titulus questionis loqui pugnaria; etenim si non est, quoniam socius habet? Nodum hunc plusquam gordium sic ibidem solvit sanctus Pontifex dicens: *Eius videlicet socii, qui idecirò jam non est, quia à summa conscientia recessit, et per hoc quotidie exrescente defectu quasi ad non esse tendit; recte non esse dicunt, quia bene esse perdidit.* Quod idem repeat cap. 2, lib. 4 in 1 Regum, circa medium. Ignotus duce Gregorio hec diceret, impium non esse, qui peccando bene esse perdit. Ceterum ne dominus in qua tot sclera patrata sunt, persistet, optat eam insperso sulphure, quod facilmente ignem concepit, conflagrare, ut prodigo illo cateri ab impiate deterreatur. Videtur alludere ad Sodomitum incendium sulphuris pluvia celerrime excitatum, et in exemplum terroris universi mortalibus propositum. Nilh certè manifestus aut evidens in Scriptura, quia sulphure vel salero aspergente sterilitatem significari; nam ferè semper ista vocabula usurpantur, quando Deus alienus civitatis ait regionis omnimodum vastationem ministrat. Sodomiticum autem excidium proponi solet quasi primum summumque exemplum severitatis et atrocitatis suppliciorum. Cum enim Deus significare vult se gentem quampli gravissime puniri ac prorsus excisurum, dicere solet, facturum se illi sicut fecit Sodoma et Gomorram; quemadmodum animadverteri potest Deuteronomi cap. 29, 1 Isaiae 15, Jeremias 49, Amos 4, Sophonis 2. Huc etiam spectat illud Psalmi 106, 54, ubi dicitur Deus posuisse terram fructiferam in salugiis a malitia habitantium in ea. Terram fructiferam appellat Sodomiticam ante Dei vindictam; quippe tanta fuit ejus ubertas et amplitudines, ut eam Moyses cum paradise comparare non dubitaverit; ejusmodi tamen terra versa est in salugiis, id est, in terram omnino sterilem. Salugo enim steriliter adiicit terra, succum ejus atque pinguedinem exedens aqua consumens. Tanta porrò ejus salis copia, tantaque fuit via et acrimonia, ut lacum illum penitus inficeret, et in eum suavitatem saporem; atque ex eo vocatur in Scripturā mare salissimum. Ceterum bona illa sulphuris et ignis, quam narrat Moyses, apissime respondet et competit peccato ejus gentis. Nam quia illi exercitata libidine ardelenus intus atque inter se, et foris ob inflammati letebant, idecirò et ignis deflagratione et fectore sulphuris puniti sunt. Ille pluribus verbis pulchre declarat S. Gregorius gaudium et lustrandam. Vide Martinum del Rio tom. 2, adagial 8.

(Menochius, 2)

lib. 14 Moralium, cap. 10, hunc Jobi locum tropologicè explanans, quen ut consulat fecit.

VERS. 16. — DEORSUM RADICES EIUS SICCENTUR (1) : SURSUM AUTEM ATTERRAT MESIS EIUS. Radicis, inquit, familia ejus et stirps extinguitur, ne scilicet alia successere possit, et si que jam sursum succiverit, illa etiam attetur, et decutatur. Explicat hic magis id quod proxime de sulphure diebat, à quo terra redditus infecunda. Cum enim radices dicuntur exsiccanda, spes omnis propugnare auferunt et novorum germinum. Nam si radix subter aruerit, etiam rami de super marcescent, quia succum accipiunt à radice. Quae metaphora sep̄ est in hoc libro, ubi ram dicuntur filii, et stirps seu radix pater, aut generis auctor, à qua progenies tota diffunditur. Porro in mese, que sursum dicitur attendera, progenies intelligitur, que ex stirpe succrescit.

Tropologicè S. Gregorius, lib. 14 Moralium, cap. 10: Quid, inquit, radicum nomine, que in occulto sita sunt, nisi cogitationes accipimus, que dum non videntur in corde visibilia opera producent? Unde et mēsis nomine eadem aperta operatio signatur, quia videlicet ex latenti radice producitur. Et quia omnis iniquus prius in cogitationibus tentationibus arcisit, et postea à bonis abducit, recte per Baldadū dicitur: DEORSUM RADICES EIUS SICCENTUR, &c.

VERS. 17. — MEMORIA ILLIUS PEREAT DE TERRA, ET NON CELEBRENT NOMEN EIUS IN PLATEIS. Hec codem spectant quā superiora. Extinctā enim funditus sobole perire solet parentum nomen atque memoria, quam sera posteris tuctū et conservat. Filii enim vivi viverē etiam existimatū pater, iuxta illud Ecclesiastici, 50, 4: Mortuus est pater, et quasi non est mortuus; similiē enim reliquit sibi post se. Et in simili metaphorā de radice et stirpe, laudatur pater et in benedictionis parte ponitur, quōd illius ossa pullulent, id est, nascantur filii qui parentum exprimant morē, et sustentant memoriam recentem et gratam, queaque aliquo fortasse esset peritura: ut sit memoria eorum in benedictione, et ossa eorum pululent de loco suo, et nomen eorum permaneat in aeternum, Ecccl. 46, 14. Et verò quod monumenta faciunt ex aere et marmore, hoc faciunt posteri, qui paterni nominis spirantia sunt et propria monumenta. Ita Sanctus noster. Dum igitur hoc in loco post atrocissima supplicia, que superius proposita, impri memoriam abholendam ministrat, indicat profecto hoc esse gravissimum malum, si hominis fama et memoria nulla supersit, pro quā mortales usque adē laborant, ut nihil pluris facere videantur; quinino hāc unā contra naturalem hominum conditionem pugnare videntur, præclarē gestū operibus propriam naturam superare. Cim enim omnes homines mortales sint, ratione nominis ac fama hoc superant, immortales se et in perpetuum celebres reddendi; cūque propria perpetuas in ista vita brevitate appetatur,

(1) Id est, filii, familia et stirps omnis à teneris unguiculis contabescit et extinguitur, ne scilicet alia inde crescere possit. Mēsis vero ejus, id est, quidquid jam adultum est, attetur et prædictatur. (Menochius.)

hinc est quid quisque maximē studeat nominis sui celebritatem in posterum comparare et inducere. Unde Tertullianus in Apologetico, cap. 47, *homines glorie* (id est, fame ac nominis) *libidinosos* appellant. Nullus siquidem est qui hujus ambitionis vi non teneatur. Et S. Bernardus sermoni in illa verba: *Qui gloriat, ait: Rationalis creatura adē affectat gloriam* (id est, nominis celebritatem) *ut aut vix aut munquam ab hoc compesci desiderio possit.* Et Plato Dialogo 4 de Legibus ait: *Nemo est qui non desideret perpetuum apud posteros nomen habere.* Unde etiam impius Nero, qui omnibus abominandis vixit, memorie sui maxime studit, de quo Suetonius Tranquillus in Vita, cap. 53, ait: *Erat illi aternitatis perpetuasque fame cupidus; ideoque multus rebus ac locis vetere appellatione distracta novam induxit ex suo nomine, meensem quoque Apriliem Neronium appellavit: destinaverat et Roman Neropoliuncus.* Huius rei prima exemplum habemus in impiō Caino, de quo dicitur, Gen. 4, 17: *Adicavit civitatem, vocavisse nomen ejus ex nomine filii sui Henoch.* Ubi S. Chrysostomus, hom. 20 in Genesim ante medium ait: *Hominibus factis mortalibus studium fuit, ut immortalem suam memoriam fecerint partim ex filiis, quos generant, partim ex locis, quibus filiorum nomina imponebant, etc.* Similiter et celesti illi nominis sui affectatores dixerunt, Gen. 11, 4: *Venite, faciamus nobis civitatem et terram, cuius calmen pertingat ad celum; et celebrēmus nomen nostrum antequā dividamur in universas terras.* In quem locum consule S. Chrysostomus, hom. 30 in Genesim, ubi pulchrit̄ et fūsū ostendit impios, dum civitatis, domibus, porticibus, balneis, etc., ad memoriam posteritatis sua nomina inscribunt, non tam hācum quām crimen sibi parare. Eadem idem aurei oris dōctor fusius prosequitur in Psal. 48, ad illa verba: *Vocaverunt nomina sua in terris suis, ostendentes frustā defatigati impios pro sui nominis celebrante, quāque aliquo fortasse esset peritura: ut sit memoria eorum in benedictione, et ossa eorum pululent de loco suo, et nomen eorum permaneat in aeternum.* Ecccl. 46, 14. Et verò quod monumenta faciunt ex aere et marmore, hoc faciunt posteri, qui paterni nominis spirantia sunt et propria monumenta. Ita Sanctus noster. Dum igitur hoc in loco post atrocissima supplicia, que superius proposita, impri memoriam abholendam ministrat, indicat profecto hoc esse gravissimum malum, si hominis fama et memoria nulla supersit, pro quā mortales usque adē laborant, ut nihil pluris facere videantur; quinino hāc unā contra naturalem hominum conditionem pugnare videntur, præclarē gestū operibus propriam naturam superare. Cim enim omnes homines mortales sint, ratione nominis ac fama hoc superant, immortales se et in perpetuum celebres reddendi; cūque propria perpetuas in ista vita brevitate appetatur,

Lethari ad fluminis undam

Securos latices et longa oblivia potant.

Inde igitur ortum et innatum studium parandorum sepulchorum cadaveribus defunctis, inscribendi nomina, facta ac merita, quā de Tertullianus, lib. de Testamento animæ cap. 4, ait: *Quis non hōli memōrie post mortem frequentaz ita studet, ut litteratura operibus, vel simplici laude morum, vel ipsorum sepulchorum ambitione nomen summ seruit?* Videlicet hāc de re Diodorus, lib. 2, cap. 5; Herodotus

lib. Cicero lib. 1 Tusculanarum Quest.; Lipsius lib. Electorum, cap. 29. Unde in maximam arcam, ponam et supplicium privabantur olim homines seculū. Et universi negate sepulture ponā affiebant, qui vel patria, vel communis pietatis in parentes et liberos hostes deprehenderent, vel haberent, ut definuit Marcellus in l. 53, π de Relig. sumptibus, atque Neracius in l. Liberorum, π de his qui notantur infamia. De jure verò pecuniarū aut consuetudine Hebreorum videndum Hegesippus lib. 3, cap. 17, de Excilio Jerosol.

Hoc item studium comparanda et conservanda memoriam statuarum artem propagavit, iuxta illud Lactantii, lib. 2 divinarum Institutionum cap. 2, ubi ait: *Nam omnino fingendarū similitudinum ratio idcirco ab hominibus inventa est, ut possit eorum memoria retinori, qui vel morte subtracti, vel absentiā fuerant separati.* Rem prosecutus eleganter Cicero, lib. 1 Tusculanarum Questionum, ait: *Quid poeta? Nonne post mortem nobilitari volunt? Unde ergo illud?*

Aspice, o cives, sensu Enniū imaginis formam:
Hic vestrum panxit maxima facta patrum.

Mercedem glorie flagitat ab illo quorum patres affecterat gloria; idemque:

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu
Faxit. Car! Volito viuis per ora virium.

Sed quid poetas? Opifices etiam post mortem nobilitari volunt. Quid enim Phidias sui similem speciem inclusus in clypeo Minervæ, cum inscribere non licet? Quid nostri philosophi? Nonne in his ipsis libris, quos scribunt de contemnenda gloria, sua nomina inscribunt? Hoc ita pre omnibus mortales contra mortalitatem curare solent, ut scilicet sui memoriam post se duratorem relinquant. Novit hoc Christus Dominus, quando volens reprehendere mulier, quæ afferens alabastrum unguenti pretiosi effluit super caput ipsum Domini recumbentis, cujus odore et fragrantia tota domus repeteat, memoriam illius obsequi pro codem pollicetus est femme, quæ aliquin gloria avida esse solet: *Dicetur, inquit, Matth. 26, 13, et quod hac fecit in memoriam ejus, quasi satis persolverit devote mulieri obsequium, odorem et pretium unguenti, si illius facti odor, fama et memoria ad usque extrema tempora decurrat et perveniat.*

Etenim cūm unguentum illud plusquam trecentis denariis ab iniquo venditore, qui triginta denariis Christum vendidi, astimatum fuerit; profecto memoria, fama et nomen optimum omnes divitias longe superat et excellit, iuxta illud, Prov. 22, 1: *Melius est nomen bonum quam divitiae multæ;* item Eccli. 41, 15, *Caram habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi quam mille thesauri pretiosi et magni.* Ubi postquam dixerat: *Nomen impiorum debilitur,* addidit hanc sententiam, monens in hoc operam adhibendam, ut obtineat bonum nomen, quod post mortem permaneat, et ob id præferendum sit divitiae, quae ad alios pervenient, ubique prostant congreganti. Advertit autem ibi optimè Jansenius non hoc

Vers. 18. — EXPELLET EUM (1) DE LUCE IN TENEBRAS, ET DE ORBE TRANSFERET EUM. Hic aliquid subaudiendum, scilicet Deus, vel peccatum, vel calamitas, exturbabit impium è splendido statu in obscurum, et postmodum in felici morte ipsum hinc abripit. Plura de impiorum exterminio, præter ea que hoc capite sunt fusē dicta sunt, vide cap. 4, vers. 20, cap. 5, vers. 3, et 4, cap. 8, vers. 4, et passim alibi.

Vers. 19. — NON ERIT SEMEN EIUS NEQUE PROGENIES IN PONDO SUO, NEC ULLE RELIQUE IN REGIONIBUS EIUS. Eadem hic iteratur amplificatur sententia quā dixerat ante de impiō progenie funditus eradicanda; quæ cūm vers. 16 et 17, explicata sint, nil apparent quod novam requirat interpretationem; præterquam quid cap. 15, vers. 35 et 54, et sep̄ius alibi, ostensum sit filios impiorum immaturā morte consumti, et eorumdem congregationem sterilem existere.

Vers. 20. — IN DIE EIUS STUPEBUNT NOVISSIMI, ET PRIMOS INVADET HORROR. Quasi dicit: Omnes, novissimi et primi, à minimō usque ad maximum, horribilis plaga et horribili clade hominiū impiū. Ea enim ritur rerum vicissitudi, ut nemo sit, sive in primis dignitate ac tempore sive in postrem numeretur, qui non miretur et stupeat tam subitam tan-

(1) Propellent eum, scil. propellentes, id est, profligant, impersonalis dicens modus. Sic et Lue. 12, 20, *animam tuam exigent à te,* id est, anima tua exigit a te. E luce, intelligent alli lucem felicitatis et gaudii, ut supra, 42, 23; alli lucem vitæ, ut superius, 3, 16. Nos utrumque comprehendendi existimamus, ut lucis nomine splendore illud significet, in quo dīmū vivere, versabatur, quo amissus ad densissimis calamitatibus tenebris involvitur, etiam post mortem obscurus erit, et in tenebris jacet, et mentibus ei ore hominum obliteratus. Et hoc statim declarat, dīm addit: *Et ex orbe fugabit eum,* id est, fugabitur. Ex orbe et hominum memoria planè exterminabitur. Apertius etiam idem sequenti versiculo explant; nam his tribus aut quatuor versiculis idem verbis commutatis dicitur. (Rosenmüller.)

tamque mutationem fieri potuisse. Sanè res est que maximè commovere homines solet, spectare jacentem illum in sordibus, quem paulò ante eructum videras et florentem. Si de Jerusalem cecinit Jeremias, 19, 8 : *Et ponam civitatem hanc in stuporem et in siblum : omnis qui protervet per eam obstupescet.* Et quod hic prædicti re ipsa completum esse lamentabatur in Threnis, 2, 13, ubi de transemutatis ait : *Moverunt caput super filium Ierusalem ; haec enim est urs, dicentes, perfecti decoris, gaudium universæ terra ?* Illa autem admiratio et stupor ex incredibili ruinâ nascetur civitatis amplissime longèque pulcherrima; cuius tantum reliquum fuit immane et deformis bustum. Idem propè accidit Jobo, cujus domus eam aut viderat at timebat ruinam, quam subiit Jerosolyma, et ipse derelictus et contemptus ab omnibus jacebat in sterquiliniis moriturus, miserandum intuitus spectaculum.

Dic ergo nomine multi intelligunt istas que emunerator sermones et calamitates, nempe vulgari sancte lingue idiomata, quo dies alijus pro ejus afflictione sumitur; velut cum dicitur, Abdie 12 : *Et non despicias in die fratris tuus*; hoc est, ne aspicias cum voluntate afflictionem proximi tui. Ita etiam de impio dicitur, Psal. 36, 13 : *Domino autem irridebit eum, quoniam prospicit quid veniet dies ejus*, id est, ruina ejus, vel etiam dies in quo puniatur. Item, Psal. 156, 7 : *Menor esto, Domine, filiorum Edom in die Ierusalem*, id est, in excidio ejus. At in loco cum Bolduc existimarem diem ipsum Dei iustum judicium erga iniupum connotare; ita ut mens horum verborum sit: juvenes, et qui nos statim subsecuturi sunt, cùm tantas opes dissipatas tamque pulchra adiuncta penitus diruta et desolata atque in ditinum alienorum translata videbant, stupebant, et validè mirabantur in hoc divinum judicium, admirantes quid justa tempus et ab alterno statuum diem ita humiliatus sit isti impius, et dicent: *En dies ejus in quo*

CAPUT XIX.

1. Respondens autem Job, dixit :
2. Usquequā affligitis animam meam, et attritis me sermonibus?
3. En, decies confunditis me, et non crubescitis opprimitis me.
4. Nempe, eti ignoravi, mecum erit ignorantia mea.
5. At vos contra me erigimini, et arguitis me opprobriis meis.
6. Saltem nume intelligite, quia Deus non a quo judicio affixerit me, et flagellis suis me cinxerit.
7. Ecce clamabo vim patiens, et nemo audit: vociferabor, et non est qui judicet.
8. Semitam meam circumse�it, et transire

de l'assassinat de sa conduite du Dieu, de ses bons et sur les méchans durant cette vie, et par le témoignage que je vous rends de mon innocence, quo ce n'est point par un jugement de cette justice, par laquelle le Seigneur rend à chacun selon ses œuvres, que Dieu m'a affligé, et qu'il m'a frappé de ses plies, puisque je ne me sens coupable d'autrui des crimes dont vous m'accusez.

Cependant si je crie dans la violence des mœurs que je souffre, on ne m'écoute point; si l'élève ma voix pour me plaindre, on ne me rendra point justice, et on croira tous jours que je ne souffre que ce qu'il mérite.

C'est ainsi que le Seigneur a fermé de toutes parts le sentier pénible et douleur par lequel il me fait marcher: et je ne puis plus passer pour en sortir; car il a répondu

*Deus sum exercut imperceptibile judicium. Itaque non tam de calamitate mirantur, quia de die impi, in quo Deus ostendit suum erga eum judicium. Et certè nomen dei hoc sensu aliquando sumitur; ve- lut cum Apostolus ait, 1 Cor. 4, 5 : *Mihi autem proximo est, ut à vobis judiceret ab humano die, id est, humano iudicio.* Similiter cum idem ait, 1 Cor. 5, 15 : *Uniuscujusque opus manifestum erit: dies enim Domini (id est, iudicium Domini) declarabit.* Eo- den sensu nomen dei sumptum videtur supra, cap. 10, 5 : *Nunquam sicut dies hominis dies tui, etc.* significans quā diversa sint Dei atque hominum iudi- dia. Atque hunc sensu suadent verba sequentia ab ista videlicet et admirantibus profunda.*

Vera, 21. — HEC SUNT ERGO TABERNACULA INQUI, ET ISTE LOCUS EIUS QUI IGNORAT DEUM. Sicut dicat, certè ista omnia bona et loca diruta sunt, et in alienos translata, in quibus tam impius et sceleratus homo morabatur. Est epiphonema et apta peroratio totius capituli, in quo de impio et ejus familia egit: ubi notandum Baldadum prompsisse plurima sane uitia, quae quandoque contingere nuntiis etiam huius aevi nostri evincunt exemplis; at non propide credendum semper accidere, ne quis in re gravissimā seducatur. Nimirum non semper impii in hac vita pectorum, è fastigio deturbarunt, affligunt, obscurant. Permituntur enim nonnulli amplissimis horribus, opibus, voluptatibus ad finem usque vita mortale perfici: quod nullus regum idololatrarum et Mahometanorum constat exemplis: at eos semper manus futura vita cruciatus ad criminum pondus numerumque rependens, quenammodum catholica fides docet. Postquam ergo Baldad est turgentis atque onerato animo verba gravia protulit ordine dicens servato, conticuit. At meliora sublimioraque Jobi verba atque mysteria succidunt, que altiore consilio producta contemplum.

CHAPITRE XIX.

1. Alors Job a BALDAD, et lui ait :
2. Jusqu'à quand affligerez-vous mon âme, et me tourmenterez-vous par vos discours?
3. Voilà déjà dix fois que vous voulez me confondre, et que vous ne renoncerez point de m'accabler d'injustices.
4. Je ne sais quel intérêt vous avez à me persuader que je suis un méchant; car quand vous êtes dans l'ignorance sur ce point, mon ignorance ne regarde que moi seul; elle ne fait tort à personne qu'à moi.
5. Mais cependant, comme si l'innocence que je crois être était une injure pour vous, vous vous éleviez contre moi, et vous prétendiez que l'état où je suis réduit, est une preuve que je suis coupable.
6. Mais au contraire, lorsque je me défendrai, pour ce que je vous ai dit de l'assassinat de sa conduite du Dieu, de ses bons et sur les méchans durant cette vie, et par le témoignage que je vous rends de mon innocence, quo ce n'est point par un jugement de cette justice, par laquelle le Seigneur rend à chacun selon ses œuvres, que Dieu m'a affligé, et qu'il m'a frappé de ses plies, puisque je ne me sens coupable d'autrui des crimes dont vous m'accusez.
7. Cependant si je crie dans la violence des mœurs que je souffre, on ne m'écoute point; si l'élève ma voix pour me plaindre, on ne me rendra point justice, et on croira tous jours que je ne souffre que ce qu'il mérite.
8. C'est ainsi que le Seigneur a fermé de toutes parts le sentier pénible et douleur par lequel il me fait marcher: et je ne puis plus passer pour en sortir; car il a répondu

non possim, et in calle meo tenebras posuit, des tenebres épaisse dans le chemin étroit où il m'a fait entrer.

9. Spoliavit me gloria mea, et abstulit corona de capite meo.

10. Destruxit me undique, et pereo, et quasi evulsa arbori abstulit spem meam.

11. Iratus est contra me furor ejus, et sic me habuit quasi hostem suum.

12. Simul venerunt latrones ejus, et fecerunt sibi viam per me, et obserderunt in gyro tabernaculum meum.

13. Fratres meos longè fecit à me, et noti mei quasi alieni recesserunt à me.

14. Dereliquerunt me propinquū mei; et qui me noverant, oblitū sunt mei.

15. Iniquili domus mea, et ancilla mea, sicut alienum habuerunt me, et quasi peregrinus fui in oculis eorum.

16. Servum meum vocavi, et non respondit, ore proprio deprecabar illum.

17. Halitus meum exhorruit uxor mea, et orabam filios utri mei.

18. Stulti quoque despicebant me, et cum ab eis recesssem, detrahabant mihi.

19. Abominati sunt me quandam consiliarii mei; et quem maximè dilegebam, aversatus est me.

20. Pelli mee, consumptis carnis, adhesit os meum, et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos.

21. Misericordia mei, misericordia mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.

22. Quare perseguimur me iustus Deus, et carnis mea saturamini?

23. Quis mihi tribuat ut scribantur sermones mei? qui mihi det ut exarantur in libro?

24. Stylo ferreo, et plumbi lamina, vel celti sculpturam in silice?

25. Seio enim quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum:

26. Et rursum circumdabor pelle mee, et in carne mea videbo Deum meum.

27. Quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspecturi sunt, et non aliis: reposita est haespe mea in sinu meo.

28. Quare ergo nunc dicitis: Persequamur eum, et radicem verbi inveniamus contra eum?

29. Fugite ergo à facie gladii, quoniam ulti- iniquitatum gladius est: et scitote esse judicium.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — RESPONDENS AUTEM JOB DIXIT: — VERS.

2. — USQUEQUĀ AFFLIGITIS ANIMAM MEAM, ET ATTRITIS ME SERMONIBUS? Queritur Jobus de amicorum inle- mentia et animo minus officioso quam ingenios de- creter, utpote a quibus illiberali et aculeata reprehē-

des tenebres épaisse dans le chemin étroit où il m'a fait entrer.

9. Il m'a dépossédé de ma gloire, et il m'a ôté la couronne de dessous la tête.

10. Il m'a détruit de tous côtés, et je périclite; et il m'a ôté toute espérance de retour, comme à un arbre qui est arraché.

11. Il a fourré s'est allumé contre moi, et il m'a traité comme son ennemi.

12. Il a écarté mes frères loin de moi; et mes amis m'ont, comme ceux qui m'étaient les plus étrangers.

13. Mes proches m'ont abandonné, et ceux qui me connaissaient plus particulièremen, m'ont oublié.

14. Ceux qui demeuraient dans ma maison, et mes proches amies m'ont regardé comme un inconnu, et je leur ai parlé comme un étranger.

15. J'ai appelé mon serviteur, et il ne m'a point répondu, lors même que je le pris, en lui parlant de ma propre bête.

16. Ma femme a eu horreur de mon haleine; et j'assis de prières envers les enfants qui sont sortis de mon sein.

17. Les insensés mêmes me méprisaient; et je ne les avais pas plutôt quittés, qu'ils médisaient du mot *entr'œufs*, et qu'ils m'accusaient d'être un *impie*.

18. Outre tous ces maux qui sont comme hors de moi, mes chairs ont été réduites à rien, mes os se sont collés à ma peau; et il ne reste que les lèvres autour des dents.

19. Ayant pitié de moi, vous au moins qui êtes mes amis, ayant pitié de moi; et puisque la main du Seigneur m'a frappé d'une telle plaie, ne l'augmentez pas par vos reproches.

20. Pourquoi me présentez-vous, comme si vous aviez la honte, la justice, et l'autorité de Dieu même? et pour pourquoi vous plaisez-vous à vous rassasier de ma chair, en me mordant et me déchirant par vos paroles?

21. O Dieu, puisque ceux qui sont témoins de mes mœurs, ne veulent point recevoir le témoignage que je leur rende de mon innocence, qui m'accusera que mes paroles soient érites? qui me donnera qu'elles soient tracées dans un livre?

22. Qu'elles soient gravées sur une lame de plomb avec une lame des fer, et que la lame avec la clé, qui ouvre la portière plus épaisse, ne l'ouvre pas, done mes douleurs les plus excessives, je n'en point perdus la patience, et si ne suis point abandonné au désespoir; mais que si l'grandeur de mes mœurs m'a ôté l'espérance des biens de la vie présente, la fermeté de ma foi m'a toujours conservé celle des biens de l'au-delà?

23. Car je sais que mon Rédempteur est vivant, et que je ressusciterai au dernier jour, je sortirai de la terre dans toute la gloire de son royaume.

24. Et alors je suis rassasié de naissance de ma peau, et je serai purifié dans ma propre chair.

25. Je le verrai, dis-je, moi-même, et non un autre; et je le contemplerai de mes propres yeux, ce qui me remplira de joie, et de félicité. C'est la l'espérance que j'ai, et qui reposera toujours dans mon sein; et c'est là aussi ce que je veux laisser, à la postérité, qui me rendent justice, étant instruite de vérité.

26. Pourquoi donc, vous autres, qui êtes témoins de co- dispositions de mon cœur, et que m'entendez prononcer, pour que nous déclerions nos plus fiers pénalement, et pour quoi dites-vous? Persécutons-le comme un empêcheur et un hypocrite, et cherchons en lui des prétextes pour le décrier; faisons passer ses plaintes pour des murmures, ses paroles pour des blasphèmes, et ses mœurs pour des preuves de son iniquité? Voilà ce que vous avez dit, et ce que vous avez fait contre un juste afflige.

27. Je le verrai, dis-je, moi-même, et non un autre; et je le contemplerai de mes propres yeux, ce qui me remplira de joie, et de félicité. C'est la l'espérance que j'ai, et qui reposera toujours dans mon sein; et c'est là aussi ce que je veux laisser, à la postérité, qui me rendent justice, étant instruite de vérité.

28. Pourquoi donc, vous autres, qui êtes témoins de co- dispositions de mon cœur, et que m'entendez prononcer,

29. Fuyez donc devant l'âpre qui vous menace, parce qu'il y a une épée vengeresse de l'iniquité, qui est près de vous percer; si sachez qu'il y a un juge au dessus des hommes, qui rendra justice à l'au-delà opprimé.

sione concius sit; cum tamē solari potius aut alio quoque modo dolorem levare debuissent: auspicat idcirco vehementer expostulans cum amicis, quid verba ipsi molestia inculeat, et afflictum innumere dicentem. Vim habet illi dicendi modus: *Asteritis me*